

23 *Authentic.* Ex causa *Cod. de literis prateritis.* Si vero legitima causa exheredationis sit testamento inserta, sed ab herede instituto probari non possit, tunc competit heredi necessario querela inofficiosi testamenti, per quam poterit evacuare testamentum, quoad heredes extranei institutionem, sed necessario absolvenda intra quinquenium: *leg. Si quis filium 34. leg. Scimus 35. Cod. de inofficior. testament. & ex communi docet Juh. Clarus quest. 40. num. 5.*

24 Legitima supplementum peti potest, etiamsi pater aliquid reliquerit filio, vel filiae pro legitima, cum expressa prohibitione, ut nihil aliud possit petere; In quantitate enim legitima lex non confidit de singulari affectione patris; & sic quod deficit, ipso jure suppletur etiam contra dispositionem, & voluntatem patris; *leg. Scimus, post princip. verb. Repletionem, Cod. de inofficior. testament. & §. Hæc autem disposuimus, vers. Ceterum in Authent. Ut cum de appellat. cognoscitur;* & tenent *Salicet in leg. Quoties n. 13. Cod. de hered. instit. Aret. in leg. Ex facto n. 15. vers. Est tamen hodie casus, de vulgar. subst. Socin. Senior. cons. 1. n. 3. & 4. lib. 4. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 23. num. 1. Alexander consil. 69. n. 4. & consil. 128. in princip. lib. 1. Panimoll. part. 3. posthum. decis. 151. adnot. 7. num. 44. & alii passim, Rota part. 10. recent. decis. 103. num. 35. part. 16. decis. 187. num. 2. & decis. 185. num. 2. & sæpe alibi.*

25 Legitima debita heredibus necessariis, sive descendentibus, sive ascendentibus, debet relinqui sine ullo onere, aut gravamine, alioquin apposita onera, & gravamina habentur pro non apposis; *Communis;* textu expresso in *leg. Quoniam, & leg. Scimus, Cod. de inofficior. testam. cum similibus, & in cap. Rainutus 16. de testamentis. Rota part. 1. decis. 201. part. 8. decis. 289. num. 8. part. 11. decis. 311. num. 8. part. 12. decis. 425. num. 8. & sæpissime alibi.*

26 Legitima debetur filiis statim post obitum patris; *Rota part. 4. tom. 1. decis. 302. num. 3. part. 5. tom. 1. decis. 272. num. 6. part. 5. tom. 2. decis. 579. num. 15. & sæpissime alibi;* legitima debetur statim à die obitus patris, seu testatoris una cum fructibus. *Rota part. 2. recent. decis. 528. num. 3. part. 9. tom. 2. decis. 549. num. 10. part. 13. decis. 536. num. 1. & 13. part. 17. decis. 592. num. 5. & sæpe alibi;* Legitima sicuti debetur descendentibus una cum fructibus à die mortis, ita etiam debetur ascendentibus; *Rota part. 3. recent. decis. 759. num. 3. part. 5. tom. 2. decis. 62. num. 65. part. 11. decis. 149. num. 2. Fructus ex legitima debentur, quando hereditas consistit in stabilibus, aliisque bonis fructiferis, licet legitima relinquatur in quantitate. Rota part. 10. recent. decis. 39. num. 11. part. 12. decis. 20. num. 24. part. 16. decis. 188. n. 7. part. 19. tom. 3. decis. 190. num. 2. Hujusmodi fructus, ubi debentur, taxantur ad relaxationem quinque pro centenario, & anno; *Rota part. 12. decis. 20. num. 26. part. 13. decis. 46. num. 3. part. 16. decis. 188. numer. 8. part. 17. decis. 192. num. 6. & 7. part. 28. tom. 2. decis. 774. num. 16.**

27 Legitima debetur statim non solum à die mortis naturalis, sed etiam à die mortis civilis; Unde debetur filio, vel patri statim emissa Monachi professione, non expectata morte naturali, etiamsi agatur de monasterio in communi capaci bonorum. *Rota part. 5. tom. 1. decis. 267. num. 1. & seq. part. 5. tom. 2. decis. 503. num. 1. & seq. part. 17. decis. 100. num. 14. part. 18. tom. 1. num. 144. num. 7. part. 18. tom. 2. decis. 691. num. 18. Fagnan. in cap. Cum simus 14. de Regularibus num. 7. ubi dicitur, quod sic tenent Canonice communiter, quamvis Legistæ videantur sentire contrarium; Panimoll. loc. cit. num. 22. ubi plurimos alios citat contra multos alios ab ipso citatos *ibidem sub num. 10. tenentes deberi legitimam non à die mortis civilis professi in aliqua religione, sed solum à die mortis naturalis ejusdem.* At vero nostra sententia est æquior, & æquitati canonice convenit, adeoque servanda in utroque foro, & crebrius recepta; ut expresse concludit *Rota recent. part. 1. tom. 1. decis. 267. num. 4.**

Legitima debetur etiam matri à die emissa professionis filii; Sic *Rota part. 5. decis. 116. num. 16. & seq. ubi dicit quod hæc opinio est verior;* Et quamvis plurimi Doctores contrarium sentiant per dispositionem Juris antiqui in *Authenticis;* Si qua mulier, *Cod. de sacrosancti. ecclesie;* tamen dicta Authentica fuit correctâ per *cap. Cum simus 14. de Regularibus;* Immo *Glossa in dicta Authentica est illi contraria;* ut observat, & tenet *Rota part. 5. tom. 1. decis. 267. num. 9.* Et ab hac sententia recedendum non esse firmavit eadem *Rota in Tridentina Legitima 3. Januar. 1608. coram Ottembergo relata in decis. 116. num. 16. decis. 267. num. 2. & seq. part. 5. tom. 1. decis. 100. num. 14. part. 17. in recent. juxta firmata in decis. 138. num. 1. & seq. part. 1. recent.* Et hæc sententiam tamquam æquiorē, & æquitati Canonice consonam in utroque foro servari debere dicit *Covarrub. in cap. 2. de testament. n. 7. Tondut. resol. civil. 194. n. 1. part. 2. Ferretii. in addit. ad Barar. decis. 461. num. 16. Sperell. decis. 32. num. 21. Panimoll. part. 3. posthum. decis. 162. num. 18. ubi pro hac sententia plurimos alios citat.*

Si vero mater, & pater tempore professionis ad secundas nuptias convolverint, legitimam acquirere non possunt, nisi quoad simplicem usumfructum, non autem quoad proprietatem, propter pœnam secundo nubentium inflictam in *leg. Fœmina Cod. de secundis nuptiis;* eamque reservare tenentur filiis primi matrimonii juxta dispositionem dictæ *leg. Fœmina Cod. de secundis nuptiis;* *Rota decis. 41. num. 2. & decis. 676. num. 2. 3. & 4. coram Amat. Dunozet. decis. 534. numer. 3. usque ad finem coram Martino decis. 96. à numer. 1. & pluribus seq. post. Pacific. de Salvoan. Interdict. decis. 144. num. 9. & 10. part. 18. tom. 1. & decis. 391. à num. 10. usque ad 13. ead. part. 18. tom. 2. in recent. & Doctores passim, quos sequitur Cardin. Petra tom. 3. comment. ad consil. 4. Innoc. IV. sect. 1. à num. 86. ad 93. Vid. ibi.*

Intellige tamen in casu quo adhuc existant filii primi matrimonii; secus autem si sint præmortui, & amplius non existant, nec descendentes ex ipsis; quia tunc mater, & pater transientes ad secundas nuptias, non consentunt privati filiorum hereditate, & legitima, etiam quoad proprietatem, quæ eo casu consolidatur cum usufructu; *Rota part. 11. recent. decis. 479. num. 9. vers. Sed cessat omnis difficultas, Baldus consil. 317. lib. 5. Aretin. consil. 50. num. 4. Decius in cap. Ecclesie Sanctæ Mariæ col. 16. num. 102. vers. Secunda conclusio: de Consil. Amat. Dunozet. dec. 641. num. 3. tom. 1. & alii passim.*

Si vero præmortui filii, existant adhuc nepotes, & alii descendentes, proprietates talis legitima erit servanda pro ipsis, textu expresso in *leg. Fœminæ §. Illud Cod. de secund. nupt. ibi: Nullum ex priori matrimonio habuerit successorem, & leg. In quibus 7. Cod. eod. tit. ibi: Filio, vel filia, nepote, vel nepte, vel pluribus relictis, & in leg. Si quis prioris 8. Cod. eod. tit. ibi: Filiis à se, vel à nepotibus, vel pronepotibus relictis.* Et ratio est, quia pœna secundo nubentium inducitur fuerunt nedium favore filiorum, sed totius posteritatis; *Bertrand. consil. 166. num. 1. leg. 1. Ruin. in consil. 58. numer. 8. leg. 6. Panimoll. part. 3. posthum. decis. 151. num. 34. & seq. cum pluribus aliis ibi citatis.*

Quando monasterium tenetur solvere legitimam filiis patris professi, debet eam tradere, etiamsi filii præcedant patri; cum jus exigendi legitimam transmittatur ad ejus heredes, etiamsi non fuerit petita; *Morlin. de legitima lib. 5. tit. 3. quest. 3. num. 15. Honded. consil. 50. lib. 2. Panimoll. leg. cit. num. 41. & alii;* Immo transit ad heredes, etiam extraneos, quamvis filius in vita legitimam, vel supplementum non petierit; *Cravet. consil. 212. num. 4. Alexander cons. 55. & consil. 250. lib. 3. Decius consil. 817. & cons. 303. Antonell. de tempore legati lib. 2. cap. 98. num. 18. Salicet. in leg. Scimus Cod. de inofficior. testam. Panimoll. loc. cit. num. 42. & alii adducti à Gratian. discept. forens. cap. 271. num. 14. tom. 2. Quinio hoc*

LEGITIMATIO

* Per subsequens matrimonium non legitimitati prolem, quando copula habita est inter impeditos, & proles nata est eodem impedimento perseverante, communis est sententia. Si vero constet prolem natam esse sublato impedimento, dabitur verus, num concepta sit eodem impedimento perseverante, tunc in favorem prolii judicium ferendum est. *Benedictus XIV. epistol. ad Archiepiscopum Hispaniolæ, Bullar. tom. 1. num. 13. incip. Reddite nobis: &c.*

LEGITIMUS

Vid. verb. Filius.

LEX

ARTICULUS I

Lex quoad ea, quæ concernunt ipsius naturam, divisionem, & eos, qui ipsam condere possunt.

SUMMARIUM

- 1 Lex unde dicta: quibus nominibus appellatur, & eorum differentia: quæ conditiones ad legem requirantur, ad num. 15.
- 16 Legit differentia cum præcepto: illius divisio immediata: dantur variæ subdivisiones, ad n. 27.
- 28 Differentia in canonicam, & civilem: juris gentium à naturali: quid dam datur contrarietas inter leges ecclesiasticas & seculares: proprius conditor illarum designatur: etiamque secularium, ad num. 43.
- 44 Nulla potestas legislativa humana contra jus naturale, vel divinum præceptum, aut prohibitivum quidquam condere potest: nec humana, Summo Pontifice excepto, contra Canonicum, & apostolicas constitutiones, ad num. 45.
- 46 Novæ additiones inseruntur, ad num. 61.

Lex secundum etymon nominis dicitur vel à legendo, ut vult S. Isidorus lib. 2. etymolog. cap. 10. eo quod leges apud Veteres solebant in publicis tabulis scribi, & populo legendæ proponi, ut in ipsis legerent; quæ prædicare, & à quibus abstinere deberent; Vel ab eligendo, secundum Ciceronem lib. 1. de legib. & S. Augustinum q. 15. Novi Testamenti dicentem; Lex ab electione dicta est, ut à multis quod eligas sumas; vel potius à ligando, eo quod homines legibus ligentur, seu obligentur ad aliquid faciendum, vel omitendum, ut vult S. Thomas 1. 2. q. 90. art. 1. & Scotus in 4. dist. 15. quest. 2. §. Hic sunt quatuor: &c.

Lex solet variis aliis nominibus appellari. Interdum enim vocatur Jus, eo quod definiat, ac præscribat quod justum est; *cap. Jus generale 2. dist. 1. ibi: Jus autem est dictum, quia justum est.* Quamvis tamen strictè loquendo inter legem, & Jus nonnulla sit differentia, quia, ut dicitur in cit. cap. Jus generale 2. dist. 1. Jus generale nomen est, lex autem juris est spectes. Sub uno enim Jure divino, vel humano, canonico, vel civili, leges plurimæ continentur. Aliquando lex appellatur constitutio, quia illam præcedere solet plurimum consilium, & consensus quidam simul statuentium, quasi communis statutio. Quandoque lex dicitur Statutum, eo quod per ipsam statuitur aliquid stabile, atque firmum. Dicta autem nomina in hoc differunt, quod leges supremi Principis secularis dicuntur Jura Summi Pontificis vero decreta appellantur constitutiones, & Decreta inferiorum Principum, Civitatum, & populorum dicuntur statuta, quamvis sæpius soleant confundi, & sumi promiscue.

Jus petendi legitimam etiam filius monachus transmittit ad monasterium, quamvis ignoraverit: *Menoc. consil. 77. n. 8. Castr. cons. 34. Ego Paulus ad fin. n. 4. lib. 1. Boer. dec. 250. n. 4. quos refert Gratian. dicta discept. 271. n. 15. tom. 2. Panimoll. loc. cit. n. 34. & alii.*

Legitima non debetur, nec peti potest à filio, violentibus adhuc parentibus; *Rota recent. p. 4. tom. 2. decis. 203. n. 10. & dec. 459. n. 7. p. 5. tom. 1. decis. 141. num. 5. p. 11. decis. 180. n. 8. p. 14. dec. 417. n. 25. Panimoll. loc. cit. 17. Et alii communiter.* Et hoc procedit etiam respectu Nepotis in bonis avi; *Rota p. 3. recent. dec. 446. sub n. 3.*

Quamvis autem filio non debeat legitima ante obitum patris, potest tamen à patre vivente persolvij; *Rota p. 4. tom. 1. decis. 623. sub n. 4. & annotat. ad dec. 29. n. 27. p. 8. Dummodo interveniat consensus filii;* *Rota p. 19. t. 1. dec. 343. n. 1. & 2.* Quo casu si legitimam filius acceptavit in vita patris, amplius reclamare non potest, etiamsi augerantur postea facultates paternæ; *Rota p. 18. t. 1. dec. 385. n. 5.* Et in eo casu pater ad nihil ulterius tenetur, si legitimam ab eo vivente assignatam filius dilapidet; *Rota p. 19. tom. 1. dec. 344. n. 9.*

Legitima sicuti non debetur filiis ex bonis parentum adhuc viventium, ita non debetur parentibus ex bonis filiorum patrum viventium; *Rota p. 10. dec. 326. n. 41.* In casu autem, quo pater in vita dissiparet bona sua, posset cogi ad assignandam legitimam filio, & in simili casu posset cogi filius ad assignandam legitimam patri; *Rota p. 8. dec. 488. n. 5. & Annotat. ad dec. 29. n. 29. & late seq. p. 1.*

De legitima tria hic omittenda haud sunt; Primum est, quod si legitima ex nuda juris dispositione debeat, pro ea non nisi *Condicio ex lege* competit, non item actio hypothecaria. Quod si debeat præterea legitima ex judicio defuncti, competit pro ipsa hypothecaria actio; Dummodo tamen legitimarius, obsequendo judicio defuncti, legitimam detrahere velit juxta formam ab ipso præscriptam, secus è contra; *Rota in Romana, seu Senen. legitima 20. Februarii 1747. & 2. Julii ejusdem anni 1747. cor. Eminentiissimo Bussio.*

Alterum est, quod dispositio textus in *leg. Jubemus*, quod soli filii non teneantur imputare fructus in trebellianicam, alteriores vero descendentes teneantur, trahi haud potest ad legitimam, nam nec filii, nec ulteriores descendentes; quibus legitima debetur, imputare tenentur fructus in legitimam; *Rot. in Bononien. Pecuniaria 3. Martii 1747. & 1. Junii ejusdem anni 1747. cor. bon. mem. Vicecom.*

Tertium est, quod nonnisi cum cautela *Socini* prohiberi à patre filiis potest legitima. Quando vero adhibita dicit potest necne cautela *Socini*, tradit *Rota* in *Romana Immissionis 16. Februarii 1742. & 4. Maji ejusdem anni 1742. coram Illustrissimo Molino*, in civitatis plebis mantionis 29. Januar. 1745. & 30. Aprilis ejusdem anni 1745. coram bon. mem. De Vais, in Bononien. Pecuniaria 3. Martii 1747. & 16. Junii ejusdem anni 1747. coram bon. mem. Vicecom. & 4. Maji 1748. coram Illustrissimo Clement.

Ceterum si filius nec tacite acceptet prohibitionem legitima, tametsi factam cum cautela *Socini*, non excluditur à jure ipsam petendi; *Rota in Romana Hereditatis 5. Martii 1742. cor. bon. mem. Nunez.* Quando vero filius acceptaverit dicti potest, necne prohibitionem legitima cum cautela *Socini*; Vide tum apud paulo ante citatas decisiones, tam apud decisiones in *crustatis plebis mantionis super legitima Joannis Philippi 2. Julii 1745. & 10. Decembris ejusdem anni 1745. coram bon. mem. De Vais.*

(Hic est pro nullo temporis intervallo immorandum, nam omnia, quæ huc concernentia judicantur, extensa reperuntur. *Vid. verb. Alimentata, Arrha, Bona laicalia, vers. Omnia bona: Candela, Dos, Exhereditatio, Filius, Hereditas, Heres, Patentes, Patria potestas, Successio ab intestato, & Testamentum, de quibus pro majori parte fit mentio in add. hisp. ad hoc verbum insertis.)*

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. V.

- 4 Ad legem variè requiruntur conditiones, quas ex Divo Isidoro assignantur in *cap.* Erit autem lex 2. *dist.* 4. ibi: "Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum patrie consuetudinem, loco, temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifeste quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta." Debit igitur lex primo esse honesta, & justa, quia ideo lex conditur, ut genus humanum informetur honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere: §. *Juris Instit. de Justit. & Jur.*: "Juris præcepta sunt hæc: Honestè vivere, alterum non ledere, Jus suum cuique tribuere." & *cap. Consuetudo 5. dist. 1.* ibi: Lex erit quod ratione constituerit, religioni conveniat, disciplinæ congruat, saluti proficiat.
- 6 Debet secundo esse possibilis, nam, ut habetur in *l. Impossibilem 185. ff. de Regul. Juris, Impossibilem nulla est obligatio, &c. Nemo 6. de Regul. Juris in 6. Nemo potest ad impossibile obligari.* Et additur *secundum naturam*, quia lex non debet præcipere supra vires & possibilitatem naturæ, sic ipsa naturali ratione dictante, cui lex conformari debet; *cap. Consuetudo 9. dist. 1.* Et subjungitur *secundum patrie consuetudinem*; quia rationabiles patrie consuetudines non facile per legem contrariam sunt abrogandæ: ut enim expresse habetur in *leg. De quibus ff. de legibus: In veterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, & in dubio lex secundum patrie consuetudinem est intelligenda, & interpretanda, l. Si de interpretatione ff. de legib. cum consuetudo sit optima legum interpret, cap. Cum dilectus 8. de consuetudin.*
- 7 Debet tertio esse loco, temporisque conveniens, quia leges condi debent & moderari juxta diversitatem locorum, qualitate temporum, atque hominum, quibus dantur, textu expresso in *cap. Sciendum est 1. cap. Regule 2. & cap. Necessè est 3. dist. 29.* Et de facto nostra Fratrum Minorum Regula à S. P. Francisco divinitus accepta habet modificationem in *cap. 4. ibi: Secundum loca, & tempora.*
- 8 Debet quarto esse necessaria, & utilis, quia Jus novum statui non debet nisi instanti necessitate, *cap. Regule 2. dist. 29. & leg. Ergo omne 39. ff. de legibus, & in leg. 3. ff. de Constitut. Princip.* expresse dicitur, quod in rebus novis constituendis evidens esse utilis debet, aliquoquin tamquam sine ratione & causa lata, superflua censetur, & potius quam de novo condenda, esset rursus abiicienda, si jam fuisset condita, textu claro in *cap. Omnia talia 12. dist. 2.*
- 9 Debet quinto esse manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, quia propter ejus obscuritatem possent captiosè, & perperam interpretari, & inde multa possent mala evenire, ad quæ evitanda merito statuitur etiam in *cap. Abbate 25. §. Contra de verb. significat. quod Lex non debeat esse obscura, vel captiosa, sed certa & manifesta.*
- 10 Debet sexto esse nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta, quia lex primario, & principaliter debet esse ordinata ad bonum commune reipublice, ut expresse habetur in *leg. 1. ff. de legibus, ibi: Lex est commune præceptum, communis reipublice sponso, & l. 2. ff. eod. ibi: "Lex est Communis sponso civitatis, ad cujus præscriptum omnes, qui in ea republica sunt, vitam instituere debent, & l. 8. ff. eod. ibi: Jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur."*
- 11 Brevius tamen, & clarius omnes necessarie legis conditiones continentur in definitione, quæ de ipsa generatim sumpta, & prout est quid commune ad constitutiones humanas tam ecclesiasticas, quam civiles, traditur his verbis: "Lex est recta agendorum ratio à publica potestate communitati denuntiata, cum voluntate eam perpetuo obligandi ad aliquid agendum, vel omittendum." sic in re communis Doctorum.
- 12 Primo igitur ad veram legem requiritur, quod sit recta agendorum ratio, id est, justa, & honesta, quia si non sit justa, non est absolute dicenda lex, ut ex-

presse dicit S. Augustinus *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 5.* ibi: *Mibi Lex esse non videtur, quæ justa non fuerit. Secundo* requiritur, quod sit lata à publica potestate, scilicet à Legislatore habente legitimam, & publicam auctoritatem ferendi legem, aliter talis lex posset sine incurso culpæ, & poena non observari, *cap. Ut animarum 2. de Constitutionibus in 6. ibi: Cum extra territorium Jus dicenti non paratur impune. Tertio* requiritur, quod sit Communitati denuntiata, id est, quod sit promulgata, aliter ignorantia merito excusaret subditos ab observatione legis; *cap. 1. de Præbend. in 6. ibi: "Lex, seu constitutio, & mandatum nullus adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerit eorumdem, Authent. Ut factæ novæ constitutiones §. Sancimus collat. 5. ibi: Cur enim (inquit Imperator) culpabimus eos, qui positas nostras ignoraverint constitutiones? Quarto* quod sit lata cum voluntate perpetuo obligandi, id est, quod Legislator intendat subditos obligare ad observantiam talis legis, aliter non est lex, sed consilium. Et quidem obligandi perpetuo, quia lex, quantum est de sui natura, nisi postmodum legitime revocetur, est, ut obliget in perpetuum; *arg. cap. Nemini dubium est 10. de offic. legati, & cap. Ex rescripto 1. de Locato, cum similibus, & quidem merito, cum ea, quæ ad Jus pertinent, perpetua esse debeant, l. Falso cod. de diversis rescriptis.*

Hinc lex differt à simpliciter dicto. Primo, quia lex durat etiam post mortem Legislatoris, & semper suam vim habet, donec revocetur, aut per contrariam consuetudinem legitime abrogetur, *arg. cit. Juribus simplex vero præceptum expirat morte præcipientis, & absque nova revocatione cessat cessante vita, aut officio præcipientis, ut de se pater, & tenet Menoch. lib. 1. Arbitrar. judic. q. 69. n. 4. Sanchez lib. 8. de Matrim. disp. 28. n. 4. Layman in cap. Gratium 20. de offic. Delegat. in 6. & alii passim. Secundo* differt, quia lex censetur immediate efficere locum, seu territorium Legislatoris, & inde in subditos inibi existentes transire. Unde leges territorii non obligant Civēs absentes; *cap. Ut animarum 2. de Constit. & sic tenent Doctores communiter arg. l. Omnes populi ff. de Justitia & Jure. Simplex vero præceptum est contra immediate fertur in personas singulares, earumque ossibus inhæret, quocumque locorum abierint: & hoc patet de præceptis Superiorum v. g. Prælatorum Regularium, quæ obligant subditos ubicumque existant, cum eis competat Jurisdicctio in ipsos subditos, non ratione loci, sed per se, ac ratione personæ propter votum Obedientiæ. Tertio* differt, quia lex imponitur toti reipublice, seu communitati, & loquitur non tantum ad presentes, sed etiam ad futuros, *l. 1. ff. de legibus, ibi: "Lex est commune præceptum, l. Leges 7. Cod. de legibus, & cap. Quomam 13. de Constitutionibus, ibi: Cum leges, & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis." Simplex vero præceptum imponitur personis singularibus, & præsentibus, cum quibus ordinariè extinguitur, nec transit ad successores, ut patet de præcepto patris imposito huic, vel illi Filio; de præcepto Superioris huic, vel illi Religioso, & hujusmodi.*

Lex ut sic dividitur immediate in æternam & temporalem. Lex æterna est ordinatio quædam divinæ voluntatis ab æterno fixe determinantis quæ sint agenda, vel cavenda à creatura rationali, ut debitum finem assequatur. Lex temporalis est quæ ad dictum finem est condita in tempore. Et in hoc differunt, quod prima sit increata, & in Deo, secunda autem creata, & extra Deum.

Lex temporalis subdividitur in naturalem, & in positivam. Lex naturalis est regula obligans creaturam rationalem ad practicandum ea, quæ ex se necessario conveniunt naturæ rationali, & omittendum ea, quæ eidem disconveniunt. Lex positiva est, quæ ab aliquo Legislatore positivo, sive Deo, sive homine posita est, tamquam regula obligans creaturam rationalem ad practicandum, vel omittendum ea, quæ non ex se, nec necessario conveniunt, aut disconveniunt naturæ rationali. Et in hoc differunt, quod in lege naturali obiectum

tum ex se, necessario & ab intrinseco habet, quod sit conveniens, aut disconveniens, bonum, aut malum. In lege vero positiva obiectum solum ab extrinseco habet, & contingenter à voluntate Legislatoris positivum habet, quod sit conveniens, & quod sit obligans; unde quæ lege naturali sunt prohibita, ideo sunt prohibita, quia ex se mala. Quæ autem lege positiva prohibentur, ideo sunt mala, quia prohibita.

Lex positiva subdividitur in divinam, & humanam. Lex divina positiva est, quæ à Deo in tempore lata, & condita est. Lex humana positiva est, quæ lata & condita est ab homine.

Lex divina positiva subdividitur in legem veterem, & in legem novam. Lex vetus, seu Mosæica est, quæ à Deo per Angelos Moysi, & per Moysen Israelitis pro tempore veteris Testamenti tradita fuit: Lex nova, seu Evangelica est, quæ à Christo fuit condita, & partim per ipsum, partim per Apostolos fuit publicata.

Lex divina positiva alia est mere divina, & alia est divina positiva naturalis. Lex divina mere positiva est, quæ mere præcipit ea, quæ non sunt præcepta à lege naturali, ut quod Confessarius debeat esse Sacerdos, quod confessio peccatorum mortalium debeat præmitti sumptioni Eucharistiæ, & hujusmodi. Lex divina positiva naturalis est, quæ præcipit eadem quæ præcipiuntur à lege naturali, ut quod Deus sit colendus, parentes sint venerandi, non sit mentiendum, non sit occidendum, & hujusmodi.

Lex positiva humana subdividitur in legem, seu Jus gentium, in legem ecclesiasticam, seu canonicam, & in legem secularem, seu civilem. Lex seu Jus gentium est illa, seu illud, quæ, vel quæ omnes gentes, vel ferme omnes utuntur. Lex ecclesiastica, seu canonica est, quæ à summo Pontifice, & aliis Superioribus Ecclesiasticis pro recta gubernatione Ecclesiæ, & ad spirituale animarum profectum, est legitime condita. Lex secularis, seu civilis est, quæ auctoritate Principis, seu Magistratus secularis est condita ad civium politicam gubernationem, & ad rempublicam in pace, & justitia conservandam.

Lex, seu Jus gentium subdividitur in primarium, & secundarium. Lex, seu Jus gentium primarium, & lex, seu Jus gentium secundarium, quæ, & qualia sint, vid. verb. Jus n. 10.

Lex ecclesiastica seu canonica quomodo subdividatur, vid. verb. Jus à n. 19. ad n. 34.

Lex secularis, seu civilis quomodo subdividatur, vide verb. Jus à n. 12. ad 14.

Lex seu Jus gentium in hoc differt à lege ecclesiastica, seu canonica, & à lege seculari, seu civili, quod lex, seu Jus gentium concernat semper universalem, seu fere universalem hominum societatem; Lex autem ecclesiastica, seu canonica, & secularis, seu civilis, concernat aliquando unicum regnum, unam provinciam, immo & interdum unicam civitatem. Et Lex seu Jus gentium in hoc differt à lege, seu Jure naturali, quod lex, seu Jus naturale strictè sumptum dirigit hominem præsertim solitarie spectatum; Lex autem, seu Jus gentium præcise illum dirigit, ut in aliorum consorcio commorantem; immo ita in regulandis hominibus simul convenientibus occupatur, ut ejus dispositiones concernant universalem, seu fere universalem hominum societatem.

Quando inter leges ecclesiasticas, seu canonicas, & seculares, seu civiles est aperta contrarietas, quænam sit servanda, vide verb. Jus à n. 37. ad n. 43.

Summus Pontifex potest condere leges ecclesiasticas, seu canonicas in materia spirituali, & concernente animarum salutem, obligantes per totum Orbem Christianum; Communis per textum in *cap. Solite 5. de majoritate, & obedient. & patet clare ex verbis Christi Matt. 16. ibi: Quocumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, cum similibus. Legatus Pontificis potest leges ecclesiasticas ferre intra fines suæ Legationis; *cap. Nemini dubium 10. de Offic. legati. Cardinales possunt similes leges ferre in ecclesiis sui tituli,**

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. V.

in quibus jurisdictionem quasi episcopalem habent, *cap. His quæ 11. de majoritat. & obedient. Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi possunt dicte leges 34. ferre pro suis respective Diocibus; cap. Si quis venerit 2. de majoritat. & obedient. cum similibus. Item 35. Abbates exempli, alique Prelati habentes in suis territorii jurisdictionem quasi Episcopalem; Hostiens. in Summa de constitutionibus n. 3. & 4. Suarez l. 4. de legib. c. 3. & c. 4. n. 2. & seq. c. 5. n. 3. & 4. Pirhing. lib. 1. decr. tit. 2. num. 4. & alii passim *arg. cap. Annus singulis dist. 18. & c. 1. de consecrat. dist. 3. & cit. c. Si quis venerit 2. de majorit. & obedient. cum similibus. Item Abbates, Priores, Abbatissæ, Priorissæ, & 36. Præfecti Monialium, Superioresque similes independentes pro suis monasteriis, La Croix l. 1. tract. 2. c. 1. n. 562. & alii passim.**

Concilium generale legitime congregatum potest condere leges ecclesiasticas obligantes totam Ecclesiam, dummodo Summus Pontifex consensum præbeat, easque confirmet; *Communis, & certa.* Et patet in habitis Conciliis Generalibus, & signanter in Concilio Tridentino, ubi præter Articulus Fidei, plura decreta circa reformationem morum condita fuerunt: Et quod debeant esse approbata, & confirmata à Summo Pontifice, habetur clare *ex cap. Significasti 4. de electione, ibi: "Cum omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ auctoritatem & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas," & expresse patet *ex cap. Regula dist. 7. cum similibus. Item leges ecclesiasticas condere potest Concilium Provinciale, & synodus diocesana obligantes proprios subditos intra limites sui territorii existentes; Communis, per text. in Catholica 8. dist. 11. c. Quod dicitur 14. dist. 16. cum similibus.**

Capitulum ecclesiæ cathedralis Sede vacante potest condere leges totam diocesim obligantes etiam post electionem novi Episcopi, donec ipse illas revocaverit; *arg. cap. Cum olim 14. de majoritat. & obedient. & cap. unic. eod. in 6. n. 61. Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in his, quæ sunt jurisdictionis; potestas autem condendi leges, ut patet, pertinet ad potestatem jurisdictionis, adeoque &c. Et sic tenent Abbas in *cap. Cum olim num. 2. §. Septimo dubitatur: Fagnan. ibid. num. 57. Layman ib. num. 6. Felinus in cap. Cum omnes 6. de Constitutionibus num. 10. Pirhing. l. 1. decretal. tit. 2. num. 6. Reiffenstuel ibid. num. 89. & alii passim.**

Nec valet objicere, quod sicut collegium Cardinalium nequit condere leges, vacante Sede Papali, *ex cap. Ubi periculum 3. §. Idem quoque Cardinales, de electione in 6. & Clementin. Ne Romani, §. 1. de electione, ita multo minus leges condere potest capitulum, vacante Sede episcopali. Non valet, inquam, quia id est pecuniariter statutum de collegio Cardinalium, ne forsam cum gravi universalis Ecclesiæ periculo, & detrimento, Romani Pontificis electio diutius protraheretur, si interim collegium Cardinalium posset exercere Jurisdictionem Papalem; Secus autem est de capitulo Sede episcopali vacante, quod ubi ipsi competet electio successoris, habet à Jure præfixum sibi solum trium mensium spatium. Tum quia Sede Papali vacante Jurisdictione Papalis non transit ad collegium Cardinalium, *ex cit. Juribus cum similibus; bene vero Jurisdictione Episcopalis transit in Capitulum Sede vacante Episcopali; cap. Cum olim 14. de majoritat. & obedient. & cap. unic. eod. in 6. cum similibus.**

Capitula Generalia Regularium possunt condere leges, & statuta propria pro tota religione ad successores transmittenda juxta modum in unaquaque respective Regula præscriptum, & consuetudines proprias, ac privilegia, & sic capitula provincialia respective pro quacumque sua provincia; *Communis.*

Leges civiles, seu politicas condere potest Summus Pontifex pro ditione temporali suo dominio subjecta, Imperator pro Imperio, Reges pro suis regnis, & alii Duces, seu Principes, aut Respublicæ suprema Jurisdictione temporali gaudentes pro suis respective Ditionibus.

nibus; l. 1. ff. de Constitutionibus Principum. Principes autem alii Inferiores, & civitates, seu communitates suprema Jurisdictione temporali non gaudentes, sed Jurisdictionem dependentem habentes, nequeunt leges, & statuta condere, nisi accedat cessio, seu confirmatio suprema Principis, cui subjunguntur, aut consuevudo legitime prescripta. Communis.

44 Nulla potestas legislativa humana, sive ecclesiastica, sive laica, potest condere leges, vel statuta contra Jus naturale, vel divinum preceptum, vel prohibitivum, sive statuere aliquid contra id, quod lex naturalis, aut divina precipit, seu prohibet; Communis, arg. cap. Interior. 4. dist. 21. cap. Cum interior. 16. de Majoritate. & Obediens. 7. Clement. Ne Romana §. 1. de Electione. ibi: Lex superioris per inferiorem tolli non potest. Quinimmo nulla potestas legislativa humana, Summo Pontifice excepto, potest leges ferre, & quidpiam statuere contra Jus commune canonicum, aut alias constitutiones apostolicas; Communis per text. in citatis jurisibus, & in cap. Institutionis 7. caus. 25. q. 2. & 6. Quod super his 9. de majoritate. & obediens. cum similibus.

48 Lex non male definitur: "Norma liberarum actionum à Superiore inferioribus sub premio, vel poena prescripta."

49 Ex hac autem definitione facile est judicare de diversis legis speciebus. Si enim de essentia legis est, ut feratur à Superiore inferioribus, quot sunt Hominibus Superiores (intelligo de Supremis,) tot sunt leges.

50 Homines autem in statu naturali considerati sunt inter se aequales, ita ut nemo alteri Superiori sit; unum tamen habeat Superiorem Deum. In statu vero civili eum habeat Superiorem, qui pro forma reipublice in qua sunt, summum obtinet imperium. Quinimmo his qui christianam religionem amplexi sunt, accedit & alter Superiori in statu civili, nimirum Vicarius Christi, scilicet Summus Pontifex.

54 Patet hinc, legem optime dividi in divinam, & humanam. Divina vero prout à Deo promulgatur hominibus est vel naturalis, si lumine rationis promulgatur, vel revelata, si promulgatur per revelationem. Quomodo autem lumine rationis assequi possumus hanc quam dicimus naturalem legem, plures post Grotium adlaborarunt. Sed frustra. Meo iudicio satis est simul considerare ideam Dei, & ideam hominis, ut noscere possimus, & quidem facili negotio, omnia nostra erga Deum, erga nos ipsos, & erga alios homines officia.

59 Et summa ratione. Nequit enim Deus quidquam hominibus prescribere, quod consentaneum non sit suis attributis, tum proprietatibus hominum; sed hac inquisitio non est hujus loci.

60 Lex humana si ab eo qui potitur summo Imperio in statu civili feratur, dicitur civilis, sin autem à Summo Pontifice Ecclesiastica.

61 Habes diversas legis species. Nec mireris quod nihil dixerim de jure gentium. Si enim jus hoc gentium diversum est à lege naturali, commentitium est. Sunt enim ut dictum est homines in statu naturali inter se aequales. Quomodo igitur ferre poterunt gentes gentibus dicantur leges, quae nominati à Superiore Inferioribus ferri possunt? Quod si nomine Juris gentium intelligas quasdam consuetudines inter nonnullas cultas gentes tum tempore pacis, tum tempore belli receptas, abuteris nomine juris; nam hae consuetudines non in vim Legis, sed potius in vim pacti obligant. Sed haec jam nostra tempestate excessa sunt à tot viris doctis.

ARTICULUS II

Lex quoad ea, quae concernunt ejus promulgationem, acceptionem, & obligationem.

SUMMARIUM.

Quando lex obligat: an requiratur promulgatio

sive de regulari, aut ecclesiastica agatur: acceptatio populi num sit necessaria, & per quod tempus obliget, si legislator nescit non acceptari, nec in observantiam deduci, ad num. 15.

16 In dubio pro acceptata habetur: an acceptanda, dum dubitatur, superiorem habere potestatem ferendi hanc vel illam: ad principem est recurrendum data juris causa non acceptandi: quid si pendet dicta supplicatio, ad num. 23.

24 Juste leges in conscientia obligant: quae distinctio inter panales, morales, & mixtas ad earum obligationem, ad num. 50.

51 Additiones inserantur, ad num. 54.

Ad hoc ut lex obliget quoad culpam, vel quoad poenam, requiritur ejus sufficiens promulgatio. Communis per textum in cap. Quia cunctis 1. de concess. prebend. ubi expresse dicitur, "quod lex, seu constitutio, & mandatum nullo adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerint eorumdem: & Authent." Ut factae novae constitutiones §. Sancimus collat. 5. ubi Imperator sic inquit: "Cur enim culpabimus eos, qui positas nostras ignoraverint constitutiones?" Et ratio est, quia cum lex sit preceptum rationale, nemo potest, aut tenetur illi parere, si ipsi non sit sufficienter promulgata, & sine sua culpa non sit cognita; ignorantia enim tollit voluntarium, & ubi non est voluntarium, ibi nulla est culpa, & poena sit correlativa; argum. cap. Satis dist. 56. & cap. Cognoscentes 2. de constitutionibus, ibi: "Rem, quae culpa caret, in damnum vocari non convenit, & cap. Sine culpa 23. Regul. juris in 6. ubi: Sine culpa (nisi subit causa) non est aliquis puniendus?" (tit. 31. p. 7.)

Ut lex dicatur sufficienter promulgata, sufficit, quod taliter promulgetur, ut ea ad notitiam communitatis deveniat, quamvis singulorum auribus specialiter, & singulatim non inculcetur; Communis, textu expresso in cap. Ad haec 1. de postulatione Praetor. ubi dicitur, "quod nec sit necessarium; cum constitutio solemniter editur, aut publice promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum, vel literas inculcare; sed id solum sufficit, ut ad ejus observantiam teneatur, qui non verit eam solemniter editam; aut publice promulgatam;" & concordat cap. Quod dicitis 14. dist. 16. cum similibus.

Si lex juxta Legislatoris mandatum promulganda sit tali loco, & tempore, à quo velit ipsam obligare, statim ac in curia, in metropoli, vel postquam in singulis civitatibus, vel parochiis promulgata fuerit, vel statim elapso uno mense à die publicationis, & hujusmodi, tunc ipsa sive sit civilis, sive canonica, non incipit obligare, nisi post promulgationem factam in loco prescripto, & elapso tempore à Legislatore statuto; Communis; per varia exempla similibus legum, quae habentur tum in Jure communi, ut in cap. Cum singula 32. in fin. de prebend. in 6. ubi statuitur executio ipsius legis infra mensem postquam ad notitiam pervenerit; Tum in Concilio Tridentino sess. 28. de reformat. Matrim. cap. 1. ubi: statuitur, talem legem non habere vim, nisi post trigesima dies à die primae publicationis in singulis parochiis factae numerandos; Tum in Authent. Ut in privatis domibus, & cap. §. Hae enim, collat. 5. ubi statuitur tempus trium mensum; Tum in Authent. Ut neque miles, §. Sint igitur, collat. 8. ubi statuuntur triginta dies computandi ab insinuatione, seu promulgatione dictarum legum.

Leges Imperiales, seu Caesareae latae pro pluribus 4 provinciis non incipiunt obligare, nisi post duos menses elapsos à die promulgationis factae in cujuslibet provincia metropoli; Communis; textu expresso in Authent. Ut factae novae Constitutiones, collat. 5. Leges Regum, aliorumque Principum Romano Imperio non subjectorum, nisi aliud certum praefixerint tempus pro observantia, aut aliud legitima consuetudine prescriptum fuerit, incipiunt obligare statim ac sufficienter sint pro

promulgatae, & ad notitiam subditorum pervenerint, arg. cap. Quia cunctis 1. de concess. prebend. §. Nec obstat: ubi expresse dicitur, "quod lex, seu constitutio, vel mandatum nullo adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerint eorumdem: aut nisi post tempus, infra quod ignorare minime debuissent." Dicta enim Authent. Ut factae novae constitutiones, est respectiva, ut in ipsa patet, ad solas leges Imperiales latae pro pluribus Imperii provinciis. Unde cum de legibus Regum, aliorumque Principum Romano Imperio non subjectorum, nihil quoad hoc reperitur in Jure statuto, non est quod speciale temere asserendum; Errores enim sine lege loqui; iniquum Jurisconsulti; argum. Authent. de Tridente & Senise, §. Consideremus, collat. 3. & l. Si vero, §. de viro ff. Solutio matrim. cum similibus, & concordat cap. Consulisti 20. caus. 2. q. 4. ibi: "Quod Sanctorum Patrum documento sancium non est, superstitiosa adinventio non est praesumendum," & sic tenet Abbas in c. Cognoscentes n. 7. de Constitutionibus, Pirhing. l. 1. Decretal. tit. 2. n. 30. Engel. ibid. nam. 46. Reiffenst. ibid. n. 113. Suarez lib. 3. de legib. cap. 16. n. 7. Navarr. Palao, & alii passim.

Leges Pontificiae, seu Constitutiones Apostolicae incipiunt obligare quantum est ex se totum Orbem Ecclesiae subjectum statim ac Romae in Curia, aliisque consuetis locis solemniter fuerint promulgatae, & ad aliorum cognitionem pervenerint; nec est necesse quod etiam promulgentur in singulis provinciis, ac episcopatibus, nisi in ipsis aliud exprimat; Colligitur clare ex cap. Ad haec 1. de postulatione Praetorum, ubi, ut patet ex propriis verbis adductis supra num. 2. expresse dicitur, "quod id solum sufficit, ut ad ejus (scilicet Constitutionis Pontificiae) observantiam teneatur, qui noverit eam solemniter editam, aut publice promulgatam." Hoc autem jam sit, si constitutio pontificia Romae solemniter promulgetur, & de tali promulgatione cupiam certo constat. Et quod magis certam reddat nostram sententiam, est, quia ibi Pontifex per allatum rationem solemniter reprobat excusationem adductam de non servando Interdicto in diocesi Antiodorensi, ex quo in tali diocesi non fuisset promulgatum Pontificum decretum; adeoque Pontifex aperte declaravit decreta Pontificia esse observanda, quamvis in tali diocesi non fuerint promulgata; & colligitur etiam ex cap. Quia cunctis 1. §. Nec obstat, de concess. prebend. in cap. per propria verba adducta supra sub num. 5. Et consequenter ad hoc ut leges Pontificiae obligent, non requiritur, quod publicentur in singulis provinciis, seu diocesisbus, sed sufficit quod solemniter promulgentur Romae in locis consuetis, & alibi de ipsis sufficienter notitia habeatur; arg. cap. Eum qui 31. de Reg. Jur. in 6. ibi: "Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. (Lit. A pag. 138. n. 20.)"

Tum quia veritas hujus nostrae sententiae aperte constat ex recepta praxi, consuetudine, ac stylo Curiae Romanae, ubi omnes Judices Urbis, ut experientia constat, judicant contra omnes totius Orbis Christianos secundum leges, seu constitutiones Pontificias in locis Romae consuetis promulgatas, quamvis non fuerint promulgatae in singulis provinciis, dummodo vere illas non ignoraverint: Consuetudo autem est optima Legum interpret, cap. Cum dilectus 8. de consuetud. & leg. Si de interpretatione ff. de Leg. (Verb. Consuetudo.) Quinimmo ipse stylos Curiae Romanae

habet vim Legis; arg. cap. Quam grave 6. de crimine falsi.

Et hanc sententiam tenent Abbas Panormitan. in c. Noveritis 49. de sent. excomm. n. 3. ubi expresse dicit, "quod Constitutio Papae non est necessario publicanda in qualibet provincia; quia satis est, quod publicetur in Curia Romana;" Vallensis de constitutionibus §. 2. num. 2. Card. de Luca tom. 1. part. 1. de beneficio. dist. 76. num. 7. allegans Rotam dectis. 365. n. 13. & 14. Antonius Burgosius in Repetit. ad cap. Cognoscentes num. 207. de constitutione. Quintilianus Mandosius in Repetit. ad cap. 2. de constit. num. 79. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 2. num. 32. ubi citans Suarez, Silvestrem, Azor, Navarro, & alios dicit, quod haec sententia sit communior; Reiffenst. ibid. 118. ubi dicit, quod haec sit communior, La Croix lib. 1. tract. 2. cap. 1. num. 379. ubi aliis citatis dicit, quod ita docent communiter Canonista, Cardenas in 1. Crisi disput. 9. cap. 20. art. 12. ubi dicit hanc esse certam; Parinacius cum pluribus aliis part. 1. Fragmentorum Criminalium num. 653. dicens, quod haec opinio sit verior, magisque communis, & recepta in Rota; Castropalao part. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 12. num. 2. citans Suarez, Vazquez, Silvestrum, & alios, ubi vocat hanc certam, & omnino tenendam sententiam. Et sic plurimi alii, contra plures alios tenentes contrarium.

Ad intrinsecam legis constitutionem non requiritur acceptatio populi, unde ante populi acceptionem lex ceteroquin justa jam obligat; sic late Fagnanum in cap. Treguas 1. de tregua; & pace num. 48. & seq. Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 2. num. 37. ubi dicit, quod haec est Theologorum sententia magis recepta, & per se loquendo absolute vera; Suarez lib. 3. d. cap. 19. n. 6. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 3. num. 1. ubi cum multis aliis ibi citatis dicit, quod haec sententia absolute & per se loquendo est vera; Castropalao part. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 13. Fel. Potestas tom. 1. part. 1. num. 193. ubi dicit hoc esse certum; Bussem. de leg. tract. 2. c. 1. dub. 3. & La Croix ibid. Viva in proposit. 28. damnat. ab Alexand. VII. nam. 6. & seq. Reiffenstuel lib. 1. Decret. tit. 2. num. 136. ubi dicit, quod haec communior Doctorum, & jam post propositionem 28. damnatam ab Alexandro VII. infra adducendam, est fere indubitata, quamvis antea multi oppositum docuerint.

Et ratio nostrae conclusionis est, quia ad hoc ut intrinsece censetur constituta, & vim de se habeat obligandi subditos, duo solum requiruntur, & sufficiunt ex parte Legislatoris, scilicet potestas, & voluntas obligandi subditos ad legis observantiam, prout desumitur ex cap. Cum super 23. de offic. Delegati. Neutrums autem horum deficit in legitimis Legislatoribus, quia quantum ad potestatem, si sit sermo de supremo Legislatore Ecclesiastico, scilicet de Pontifice, habet eam absolutam ferendi leges sine consensu, & acceptione populi christiani, immediate à Christo, Matth. 16. ibi: Quodcumque ligaveris super terram, &c. & Joan. 21. ibi: Pasce oves meas. Et si sit sermo de supremis Legislatoribus laicis, habent talem potestatem ferendi leges absque consensu, & acceptione populi, leg. 1. ff. de Constit. Princip. §. Sed & quod Principi. Instit. de Jur. nat. gent. & Civ. & potestatem etiam habent obligandi, & cogendi subditos ad illarum observantiam; l. Leges 7. ff. de Leg. & cap. 1. ad f-

Non tantummodo leges, verum etiam regulam, quamlibetve generalem providentiam credendam haud esse, absque praevis intimatione, aut ejus formali publicatione, stat determinatum, sub poenis adversus facultatem utendi qualibet ex eis, se adrogantes, auctoritative propria annuntiandi (1).

(1) Auct. acoad. 1. April. 1767. ibi: Que ninguna ley, regla, ó providencia general nueva no se debe crear, ni usar, no estando intimada, ó publicada por Pragmática, Cédula, Provision, Orden, Edicto, Pregon, ó Vando de las Justicias, ó Magistrados públicos; y que se debe denunciar al que sin preceder algunas de estas circunstancias, y requisitos se abrogase

la facultad de poner en execucion, y de fingir, ó anunciar de autoridad propia, y privativa algunas leyes, reglas de gobierno, inciertas, ó á vueltas de ellas especies sediciosas, ya sea de palabras, ó por escrito, con firma, ó sin ella, por papeles, ó cartas ciegas, ó anónimas, castigándole por las Justicias Ordinarias, como conspirador contra la tranquilidad pública.

finem dist. 20. Quantum autem ad voluntatem, quod scilicet Legislatores eam habeant obligandi subditos independentem ab eorum acceptatione, & non sub prae- tensa ab adversariis conditione, si subditi velint accep- tare, de se clare patet, quia aliis essent potius consilia, seu exhortationes, quam leges, seu praecepta, textu cla- ro in cap. Quisquis 3. caus. 14. quest. 1. Tum quia cum Legislatores ferunt leges, cogunt subditos, independen- ter ab eorum voluntate, penis & suppliciis ad eorum observantiam; cap. Praeceptis 2. dist. 12. capit. non frustra 18. & cap. de Liguribus 43. caus. 23. quest. 5. cap. Clericorum 13. de vita & honest. Cleric. cum similibus leg. Leges 7. ff. de Leg. cum concordantiis: adeoque eo ipso censentur habere voluntatem subditos obligandi absolute, & non solum sub conditione si subditi velint legem acceptare, ac per consequens cum ex citatis Ju- ribus possint Legislatores subditos coercere independen- ter ab eorum consensu ad legum observantiam, & pun- ire transgressores, stat clarum, quod possint etiam in- dependenter ab eorum acceptatione ferre leges obliga- torias, quia in tantum possunt subditos sic coercere, & punire, in quantum possunt eos obligare.

11 Nec valet obijcere cap. In istis 3. dist. 4. ubi dic- tur, quod leges instituantur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. Non valet, in- quam, quia ultra quam quod dictum istud, cum sit Gra- tiani, non habeat canonis auctoritatem: textus ille aper- te favet nostrae conclusioni, quia si leges instituantur, cum promulgantur, ergo cum promulgentur ante populi acceptationem, antecedenter ad hanc acceptationem, sunt jam institutae, & jam obligant, adeoque si leges sunt jam institutae ante populi acceptationem, populi acceptatio non requiritur ad intrinsecam legis constitu- tionem. Id autem quod sequitur, scilicet, firmantur cum moribus utentium approbantur, debet intelligi, ut cum aliis recte notat Fagnan. in cap. Treugas 1. de treuga, & pace num. 48. & 49. quod leges firmantur moribus, quoad firmitatem stabilitatis, seu de facto, non autem quoad firmitatem, auctoritatem, seu de jure, nam de jure, & quoad auctoritatem obligandi sunt jam satis firmata ab ipsa legitima institutione; seu firmantur moribus, & usu, non firmitate intrinseca, & essentia- li, ut incipiant obligare, cum usus ipse ex obligatione nascatur, sed firmantur quoad firmitatem extrinsecam, & accidentaliter, ut sic moribus utentium comprobatae stabili- ores sint, & non facile per desuetudinem abrogentur.

12 Hinc subditi peccant mortaliter, si sine rationabili causa non acceptent legem obligantem sub mortali: Ha- betur clare ex illo Apostoli Pauli ad Roman. 13. ibi, Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, & ideo merito fuit damnata ab Alexand. VII. die 24. Sep- tembr. 1665. sequens propositio ordine 28. ibi; Po- pulus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam. Ex qua damnata propo- sitione aperte inferitur, quod lex sine rationabili causa non acceptata, adhuc perseveret obligare, praesertim si Legislator instet pro legis acceptatione, & observantia, & lex sit justa, & Legislator sit legitimus ex illis assignatis art. 1. d. num. 31. ad 43.

14 Si lex non acceptetur, nec observetur, & id sciatur, & taceat Legislator, quamvis primi sine rationabili cau- sa ipsam non acceptantes, nec observantes peccaverint, tamen ipsi, & alii a die, quo cognoscunt id scire & tacere Legislatorem, non peccant, quia tunc rationa-

biliter censetur hoc ipso legem revocare, si cum pos- sit pro acceptatione, & observantia instare, non instat. Si Legislator nesciat legem non acceptari, nec de- ducti ad observantiam, durat legis obligatio; donec elabatur decemnum, quo elapso, habet locum contra eam praescriptio, & non amplius obligat, sive sit lex civilis, sive canonica.

In dubio, an lex sit acceptata, nec ne, prae- sumi debet, quod sit acceptata, & observari debet, quia cum constet de lege, pro ea stat possessio. Tum quia ipsa debuit acceptari ex dictis num. 12. & 13. adeoque praesumendum est fuisse acceptatam. Bonacina, Sanchez, & alii cum La Croix lib. 1. tract. 2. cap. 1. dub. 1. num. 592. Busemb. ibid. dub. 3. in fin. Viva ad pro- posit. damnata 28. Alexand. VII. num. 14. & alii. In dubio an Superior habeat potestatem ferendi hanc, vel illam legem obligatoriam, talis lex debet acceptari, & observari. Possessio enim stat pro absoluta potestate Su- perioris ad ferendam omnem justam, & rationabilem legem, nisi habeatur certitudo, quod haec, vel illa lex sit supra ejus potestatem; in casu autem nostro non ha- beretur certitudo, sed sola dubietas, uti supponitur, adeoque &c. Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 3. n. 6. La Croix lib. 1. tract. 2. cap. 1. num. 594. & alii pas- sim. In dubio an lex sit justa nec nef Debent accep- tari, & observari; Superior enim est in possessione imperandi omne id, quod iudicatur justum, & licitum, & subditi tenentur observare omne tale praeceptum, quod non sit contra esse injuriam, & malum, Ovied. de conscient. contror. 3. puncti. 5. num. 61. La Croix loc. cit. num. 595. & alii passim; arg. cap. Quid culpa- tur 5. caus. 23. quest. 1.

Populus habens rationabilem causam non acceptan- di legem latam a Supremo Principe, potest, & de- bet ad ipsum recurrere per remedium supplicationis pro sublatione legis; Et si lex sit lata a Legislatore in- feriore, potest appellare ad Superiorem. Communis arg. cap. Si quando 5. de Rescriptis. Et durante tali sup- plicatione, vel appellatione, licitum est populo suspen- dere obligationem legis; sic enim habet usus & pra- xis; neque ideo puniuntur subditi, si pendente tali sup- plicatione, vel appellatione, legem non observent. Et revera sic convenit snavi republicae gubernationi, ne subditi illico premantur nimia legis gravitate, ad quam alias non tenentur ex rationabili causa a legislatore ignorata; quae si ab ipso cognita fuisset, talem legem non condidisset. Tum quia subditi allegantes jus- tam causam ob quam nequirent propter peculiaries cir- cumstantias loci, temporis, consuetudinis, & hujusmo- di, talem legem observare, sibi ipsis ipsomet facto contradicerent, si ipsam interea observarent. Sic Rodriguez, Salas, Bonacina, Granad. & alii apud Moyam in Sch. tom. 6. part. 1. quest. 6. num. 16. Henric part. 2. summe theol. disp. 3. de legibus num. 116. cum aliis ibi citatis, Illung, tract. 1. disp. 2. num. 5. La Croix lib. 1. tract. 2. cap. 1. num. 639. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 2. num. 145. & alii plures; arg. cap. Si quando 5. de Rescriptis, ubi Alexand. III. rescribit Ravennat. Archiepiscop. praecisis his verbis: "Si quan- do aliqua tuae Fraternalitati dirigitur, quae animum tuum exasperare videntur, turbati non debes. Et in- fra, Qualitate negotii pro quo tibi scribitur dili- genter considerans, aut mandatum nostrum reveren- ter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non possis, rationabilem causam praetendas, quia patien-

Monarchico hoc in Statu, subditi consuetudinem contrariam legi nequeunt introducere (1): nam licet ejus non sit vilis auctoritas, in tantumque sustineatur, in quantum rationem, aut legem non vincat: fortius impraescriptibilis lex erit per non usum, inscio inobservantiae similis Supremo Legislatore: proximate, quum invenitur praeventum, non praestare causam ad legis infractionem, si non observari, exponitur (2).

(1) L. 2. tit. 2. part. 1. Las razones por que el uso gana tiempo son en cinco maneras: la tercera, que aquellos, que del usan, que lo fagan á buen entendimiento, ó complacencia de aquellos en cuyo poder son: la quinta si se hace con mandato del Señor que

á poder sobre ellos, ó de acuerdo que ellos hayan entre sí, entendiendo, que viene en gran pro, luego consintiendo el Señor: (Verb. Consuetudo). (2) Vid. verb. Forum.

ter sustinebimus, si non feceris, quod prava Nobis fuerit insinuatione suggestum." Suarez tamen lib. 4. de legibus, cap. 16. num. 8. Castrop. part. 1. disp. 13. n. 14. Vasquez, Lorca, Garzias, teste Leurenio part. 3. quest. 170. num. 5. tenent oppositum, volentes interim esse observandam legem, quia certo possidet, & excusa- tio est dubia.

22 Si Legislator audita populi supplicatione, vel alius Superior audita populi appellatione, taceat, nec ulterius pro legis observantia instet, cum possit, censetur populi supplicationi, vel appellationi tacite annuere, & eo ipso legem revocare; arg. cap. Qui tacet 42. de Regul. juris in 6. ibi: Qui tacet consentire videtur; (Vid. lit. D. pag. 92. num. 58. & 108. numer. 25.) Reiffenstuel loc. cit. num. 146. Bonacina disp. 2. de Leg. quasi. 1. puncti. 4. num. 43. Castrop. loc. cit. puncti. 13. num. 15. La Croix loc. cit. num. 640. Salas, & alii plures. Limitanda tamen est conclusio in casu, quo aliunde satis colligeretur, quod talis taciturnitas Legislatoris, seu Superioris, esset per modum repulse, aut indignationis, quia tunc potius firmaretur lex, ut recte notat La Croix loc. cit. num. 640.

23 Leges humanae justae, tum ecclesiasticae, tum ci- viles obligant in conscientia, ita ut earum transgressio culpabilis in materia gravi sit peccatum mortale. Com- munis. Et ratio est, quia leges humanae continent prae- ceptum Superioris; & consequenter obligant in cons- cientia, cum lex naturalis praecipiat esse obediendum Superioribus justa imperantibus; Unde Apostolus ad Rom. 13. sic expresse habet; Omnis anima sublimiori- bus potestatibus subdita sit, & infra subdit; Ideo ne cessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, id est non solum metu poe- nae, quam posset infligere Princeps iratus transgresso- ribus, sed etiam metu culpa, quam incurrerent subdi- ti ejus legem transgrediendo, quae scriptura expressius loquitur de Superioribus temporalibus, iisque etiam Gen- tilibus, & Ethnicis. Unde Apostolus ibidem loquen- do de Regibus, Principibus, & aliis Superioribus, ait; Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Dam- natio autem non incurritur nisi ob peccatum mortale, adeoque &c. Et quod nedum leges ecclesiasticae, sed etiam civiles sic obligant, habetur etiam ex cap. Quo jure 1. dist. 8. ubi sic dicitur; Ipsa jura humana per Imperatores, & Reges saeculi Deus distribuit humano generi; cap. Nemo 15. caus. 16. quest. 4. ubi dicuntur Venerandae Romanae leges divinitus per ora Prin- cipum promulgatae &c. Unde cap. Quae contra 2. dist. 8. dicitur expresse; Generale pactum est societatis humanae, obedire Regibus suis.

25 Non sic tamen obligant ad culpam leges mere poe- nales; quia istae obligant ad solam penam transgres- soribus taxatam: Sic Communis cum S. Thom. 2. 2. quest. 189. art. 9. ad 1. ubi id probat ex regula Patrum Praedicatorum, in qua dicitur dari aliqua, quorum transgressio, vel omisso ex genere suo non obligat ad culpam, neque mortalem, neque venialem, sed solum ad poenam taxatam subeundam. Et ratio est, quia lex non obligat ultra mentem Legislatoris; ergo si Legisla- tor intendat, & declarat expresse se solum quoad poenam velle subditos obligare, jam clare patet talem legem non obligare quoad culpam, nam actus agentium non operantur ultra eorum intentionem; cap. ult. de prob. & leg. Non omnis, ff. si certum petatur, cum similibus. (Consonat lit. B pag. 335. num. 29. expositum).

26 Hic juvat notare quomodo differat lex mere poena- lis a lege mixta. Unde Lex mere poenalis ea est, quae ad culpam per se loquendo non obligat, sed ad solam poenam transgressoribus taxatam. Lex moralis ea est, quae expresse nullam poenam transgressoribus imponit, sed mores dirigit, obligando ad actum, vel omissionem illius: unde tunc, ne crimina remaneant impunita, poe- na non taxata à lege potest imponi transgressoribus pru- denti arbitrio Judicis. Lex mixta ex morali, & poenali ea est, quae obligat ad actum, seu omissionem illius, & simul ad poenam transgressoribus taxatam.

Lex poenalis alia est latae sententiae, & alia sen- tentiae ferendae. Lex poenalis latae sententiae est illa, per quam posito delicto statim vi ipsius legis poena irro- gatur, & Legislator poenam per ipsammet legem de- linquenti imponit, atque ad eam condemnat. Lex poe- nalis sententiae ferendae est contra est illa, per quam Le- gislator poenam solummodo comminatur delinquenti, nondum autem per se, ac vi legis suae imponit, sed primum per sententiam Judicis imponenda decernit.

Pro cognoscenda lege poenali an sit latae, vel fe- rendae sententiae, attendendae sunt sequentes regulae. Prima, quoties est dubium, an verba legis contineant sen- tentiam latam, vel ferendam, tunc censendum est, quod contineant solum sententiam ferendam. Communis, arg. cap. Oda restringi 15. de Reg. Jur. in 6. & cap. In penis 49. eod. in 6. ibi: In penis benignior est inter- pretatio faciendi, & leg. Interpretatione 42. ff. de poe- nis: ibi: Interpretatione legum poena mollienda sumi- tur, quam exasperanda. (Lit. D pag. 51. num. 15. & lit. E pag. 161. num. 55. cum lit. C pag. 33. n. 29.) Secunda regula est, quod quando lex solum commi- natur poenam, tunc continet solum sententiam ferendam, ut si dicat: Sub poena excommunicationis sit poe- na Interdicti, sub poena privationis officii, sub poena privationis vocis activa, & passiva, & hujusmodi, dum- modo tamen non addatur alia particula importans poe- nam latae sententiae; ut si dicatur; sub poena excom- municationis, seu privationis officii, aut vocis activa, & passiva ipso facto incurrenda. Sic communis cum Ra- tinac. part. 2. fragment. verb. Lex num. 69.

Tertia regula est, quod quando lex poenalis utitur verbis futuri temporis, tunc est solum sententiae fe- rendae; ut si dicat: Excommunicabitur, officio, seu vo- ce activa, & passiva privabitur, & hujusmodi. Com- munis cum Farinac. loc. cit. num. 63. Reiffenst. lib. 1. Decretal. tit. 2. num. 210. arg. Clement. Expe verb. Irritandus de verb. significat. ubi verbum illud irritan- das expresse opponitur verbo irritus, quod importat nullitatem actus ipso Jure.

Quarta regula est, quod quando lex utitur verbis imperativi modi, quae non efficiunt immediate ipsam poenam, sed ipsam actionem Judicis, ut si dicat, Ex- communicateur, privetur voce activa, & passiva, & hujusmodi, tunc est solum sententiae ferendae; nisi ta- men addatur alia particula importans poenam latae sen- tentiae, Farinac. loc. cit. numer. 63. Henric part. 2. disp. 6. de legibus num. 5. Reiffenstuel loc. cit. nu- mer. 211. & alii passim. An autem quando lex utitur verbis imperativi modi, quae efficiunt immediate ip- sam poenam, ut si dicat: Sit excommunicatus, anathe- ma sit, sententiam excommunicationis incurrat, subja- ceat excommunicationi, seu interdicto, & hujusmodi, sit latae sententiae, vel ferendae? variant Doctores. Multi enim volunt, quod per dicta, & similia verba impor- tetur poena latae sententiae, arg. cap. Et si pignota- tiones 1. de injuriis in 6. & ibi Glossa in fine, ubi notatur quod ly sententiam excommunicationis incurrat, & ly subjaceat Interdicto poenam latae sententiae im- portet. Sic notat etiam Abbas in cap. Quia in omni- bus, de uturis num. 9. Et ita etiam verba illa: Ana- thematis vinculo subjaceat, in cap. Si quis suadente 24. caus. 17. quest. 4. volunt plures, quod importent poe- nam latae sententiae; & quod ly sit anathema, impor- tet poenam latae sententiae, docet Felinus in cap. Ro- dulphus, de rescriptis n. 33. post glossam in cap. Guil- liarius 23. quest. 4. Et id ostendunt Doctores hujus opi- nionis ex Conciliis Generalibus, & praesertim ex Triden- tino, quod contra quemcumque de definitionibus Fidei à se factis contrarium sentiatur, absolute pronuntiat Ana- thema sit, id est, sit ipso facto excommunicatus.

Plurimi tamen alii tenent, quod dicta, & similia verba de se importent solum sententiam ferendam, & non sententiam latam, nisi alia adjecta verba, vel Ju- ra id declarent. Sic Navarr. cap. 17. Manual. num. 12. ubi ex professo docet quod haec verba sit excommuni- catus, non denotent sententiam latam, sed ferendam, nisi cum alia adjecta verba, vel Jura id declarent. Idem

tenet Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 12. num. 2. & post Baldum in cap. At si Clerici num. 20. de Judiciis; & alios, docent quod Jure excommunicatus sit, Anathema sit non continent sententiam late excommunicationis, nisi hæc aliunde habeatur. Idem docet Layman lib. 1. tract. 2. part. 1. num. 3. Henricus part. 1. disp. 5. de legibus num. 7. Reiffenstuel loc. cit. num. 215. & seq. & alii. Quinimo licet Abbas cap. 2. num. 13. de Foro competent. post Glossam in cap. Quicumque verb. Innodetur, de Hæretic. in 6. & quosdam alios tenent per hæc verba: Sit excommunicatus, innodatur, & hujusmodi significari excommunicationem ipso facto; illi tamen addit ob Jura in oppositum pugnantia, hujusmodi verba esse intelligenda juxta subjectam materiam, nec continere latam sententiam, quando per alia Jura patet, quod non inferatur sententia ipso facto. Et ratio hujus opinionis est, quia plurimi canonēs habent illa verba: Anathema sit, & tamen continent solammodo sententiam ferendam juxta Glossam final. cap. 2. de foro competent. Quæ etiam censet in simili, verba illa, Ab Ecclesia Dei sit sequestratus, significare sententiam ferendam. Tum quia verbum sit est futuri temporis, & potest commode explicari per ly Fiat excommunicatus, prout Glossa final. in cap. Si quis ex Clericis, de vita, & honestat. Cleric. explicat ly Anathema sit dicens, hoc est, fiat: non enim est excommunicatus ipso Jure; Et sic explicanda esse dicit Layman loc. cit. illa verba, excommunicatus sit, anathema sit, quasi precipitur Judicij, ut ab ipso criminosus excommunicatus fiat. Unde per similia verba non videtur ferri sententia ipso Jure, seu ipso facto, nisi aliquid aliud addatur, v. g. ipso facto sit excommunicatus, ipso Jure sit suspensus, ipso Jure innodatus existat, & hujusmodi. Tum etiam quia dicta verba, & similia, uti liquet ex ipsa Doctorum varietate sentiendi, & ex allatis rationibus, dubia sunt, an contineant sententiam latam, vel solum ferendam; atqui quoties dubium est, an verba legis contineant sententiam latam vel ferendam, tunc censendum est, quod contineant solum sententiam ferendam, ut tenet Communis per Jura adducta sub numero. 28. ergo &c. Tum tandem quia, si Conditor legis voluisset præfata, & similia verba esse intelligenda de sententia lata, cum potuisset exprimere, expressisset; arg. c. Inter corporalia 2. de translation. Episc. §. Sed neque istud c. Quia circa 22. de privilegijs. & c. Ad audientiam 12. de Decimis. (Vid. lit. B pag. 435. n. 88. & lit. C pag. 161. ante num. 49.)

Ad auctoritates per prima opinione adductas, præsertim ex cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quest. 4. ubi verba illa; Anathematis vinculo subjaceat, intelliguntur communiter de sententia lata: respondetur, quod in tantum ibi sic intelliguntur, quia verba immediate sequentia, quibus ibidem absolutio reservatur Papæ, & plures alii S. Canonēs clare significant excommunicationem ob injectas manus violentas in Clericum esse late sententia. Et ad illud de Concilijs Generalibus, & signanter in Concilio Trident. ubi ly Anathema sit, contra Hæreticos, sententias contrarium de definitionibus Fidei ab ipso Concilio factis, fulminat, importat sententiam latam: Respondetur quod ibi de tali sententia lata sic intelligitur, quia Hæretici ipsomet Jure jamdudum fuerant excommunicati excommunicatione late sententia, ut patet in cap. Achatius 1. & in cap. Majores 2. caus. 14. quest. 1. cum similibus. Unde ob hujusmodi instantias notanter in conclusione positas sub num. 33. additum fuit, verba illa non denotare sententiam latam, sed ferendam, nisi alia adjecta verba, vel Jura id declarant, prout accidit in allatis exemplis de cap. Suadente, & de Concilio Tridentino, & de aliis similibus, quæ possunt afferri: Sic fere literaliter Reiffenstuel loc. cit. num. 216.

Quinta regula est, quod quando lex utitur verbis, quæ nullam dilationem temporis admittunt, v. g. mox, statim, illico, ex tunc, ipso facto, & hujusmodi, tunc est late sententia. Item lex late sententia est, quando Legislator, sibi, vel legi suæ adscribit sententiam, dicendo, v. g. Auctoritate nostra; Virtute presentium ipso

jure subjacet talem poenam. Item lex late sententia est, quando utitur verbis indicatiui modi presentis, vel præteriti temporis, dicendo v. g. Excommunicamus, Suspendimus, Interdicimus, sciat se esse excommunicatum, sciat se excommunicationem incurrisse, novit suspensionem, interdicitur, seu excommunicationem se incurrisse, & hujusmodi; Farinac. cit. part. 2. Fragment. verba Lex num. 74. Card. Tuschus lib. Piconclus 719. num. 15. Henricus loc. cit. num. 7. Layman loc. cit. num. 3. Suarez lib. 5. de legibus. cap. 6. & alii passim.

Lex penaliter sententia ferendæ non obligat ante sententiam Judicis. Communis. Reus enim non obligatur ad amplius, quam lex ipsi imponit; lex autem ferendæ sententiæ solum imponit reo, ut penam subeat postquam ad ipsam per sententiam Judicis fuerit condemnatus, adeoque lex penaliter sententiæ ferendæ non obligat ante sententiam Judicis.

Lex penaliter late sententiæ in iis, quæ aliam executionem externam non requirunt (ut v. g. in censuris late sententiæ, in Irregularitatibus, impedimentis matrimonij, & hujusmodi) obligat in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis. Sic Suar. lib. 5. de legibus cap. 5. Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 27. num. 2. & disp. 30. num. 2. Reiffenstuel lib. 1. de crystal. tit. 1. num. 226. Engel. ibid. num. 43. Mastrius Theol. moral. disp. 2. quest. 5. art. 3. cum Cajetan. Bannez, Medina, Valentia ab ipso citatis: Castropala part. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 2. num. 1. & alii passim. Et ratio est, quia valde expedit, ut Ecclesia ad augendum spirituale fidelium profectum utatur non solum poenis in foro externo infligendis, sed etiam poenis in foro interno illico incurrendis ob peccata etiam occulta, ut hæc ratione ipsi Fideles magis, magisque retrahantur; & hoc patet ex pluribus sacris canonibus; in cap. enim. Si quis evadente 29. caus. 17. quest. 4. Excommunicatio lata in percussoribus Clericorum, & Monachorum incurritur ipso facto, & idem est de aliis censuris ecclesiasticis ipso Jure latis; cap. Cum Desideres 15. de sent. excommunic. cap. Illud Dominus, & sequent. de Clerico excommunicat. ministranti, & alibi; & idem est de Irregularitate, cap. ut. de temporibus Ordinat. & cap. Presbyterum ac sequent. de homicid. & idem est de impedimentis matrimonij, ut de affinitate ex copula illicita impedimento criminis, & hujusmodi, quæ ipso facto oriuntur, quamvis crimina sint occulta.

Lex penaliter late sententiæ in iis, quæ externam executionem requirunt (ut v. g. est omisio domini, confiscatio bonorum, privatio beneficii, aut officij ecclesiastici, aut privationis alicujus rei propriæ etiam acquisitæ, & hujusmodi) non obligat in conscientia ante Judicis sententiam declaratoriam de crimine commisso, nisi lex in specie addat clausulam, alia etiam declaratione non secuta. Sic Menochius de arbitrar. Judic. casu 416. num. 2. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 27. num. 7. Silvest. verb. Hæresis 1. num. 31. Navar. tom. 2. comment. de datus, & promissis, notab. 31. num. 44. Reiffenstuel lib. 1. decret. tit. 2. num. 277. Engel. ibid. num. 45. Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 15. num. 6. Mendoc. verb. lex num. 31. Felix Potestas tom. 1. part. 5. num. 180. Mastrius loc. cit. Henricus disp. 5. quest. 2. Kazenberger in supplement. theol. moral. Part. Sporet cap. 1. sect. 4. quest. 5. num. 265. Silvius in resolut. variis part. 1. verb. Beneficium caso 5. Illsung. tom. 1. dist. 2. num. 73. La Croix lib. 1. tract. 2. cap. 1. dub. 2. num. 612. ubi citat Granad. Molin. Covar. Vasquez, Lezana, Less. Suarez, & alios, & plures alii apud Leurem part. 2. quest. 288. Farinac. part. 2. Fragment. verb. lex num. 158. & alii; argum. cap. Cum secundum 19. de Hæreticis in 6. ubi quamvis bona Hæreticorum decernantur ipso Jure confiscata, tamen ipsi non illico in conscientia obligantur bona sua tradere Fisco: Immo ibi Bonifacius VIII. conditor illius Decretalis expresse prohibet fieri dictæ confiscationis executionem, seu bonorum occupationem ante sententiam declaratoriam Judicis ecclesiastici super crimine hæresis commisso; adeoque idem est dicendum de aliis

similibus legibus penalibus externam executionem requiruntibus, cum de similibus idem Judicium sit habendum, cap. Inter corporalia 7. de translation. Episcop. (Lit. A pag. 198. num. 15. in fin.) Et ratio est clara; quia lex debet esse possibilis moraliter observata; ac secundum naturam humanam, scilicet naturæ humanæ accommodata, cap. Erit autem lex 2. dist. 4. est autem ab hominum natura, & moribus alienum, ut quis seipsum ante omnem Judicis sententiam etiam declaratoriam in conscientia spoliare debeat rebus jam possessis, aut juribus acquisitis, cum sic delinquens teneretur suum occultum delictum promulare, seipsum infamare, & condemnare, quod esset naturæ humanæ durissimum; adeoque &c.

Immo Illsung. tom. 1. disp. 2. num. 72. universalliter concludit, quod quamvis Lex addatur clausula ipso facto ante declarationem, tamen de facto nulla datur lex penaliter, quæ nulla præmissa Judicis sententiæ denunciante vel poenam, vel crimen, obliget, exceptis legibus statutibus censuram ecclesiasticam, irregularitatem, reservationem absolutiōnis, impedimentum criminis in matrimonio, privationem petendi debitum conjugale ratione incestus intra secundum gradum, privationem fructuum ob neglectas horas. Et idem tenent Dominicus Soto lib. 1. de just. quest. 6. art. 6. Covarr. de matrim. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. & 13. Henriquez de Excommunic. cap. 26. Paulus Mezerger tractat. 3. disp. 35. art. 2. num. 4. Less. lib. 2. de justitia cap. 29. dubit. 8. num. 63. & ipso teste multi alii recentiores; Henricus loc. cit. num. 14. Kazenberger loc. cit. num. 267. & alii, qui docent quod si Lex dicat: Ipso facto absque alia declaratione, seu nulla declaratione præmissa, vel nulla alia declaratione expectata, & hujusmodi, tales clausulas esse intelligendas de declaratione, quæ declaratur poenam esse incursum, non autem quæ declaratur crimen commissum; id est, intelligendæ sunt de declaratione poenæ, non vero declaratione criminis. Et quamvis hæc expositio videri posset non parum torta, & violenta, & minus congruens menti Legislatoris, & ideo rejiciatur à Suarez, & pluribus aliis; illam tamen confirmat usus, ut dicunt Lessius, Henricus, Kazenberger loc. cit. & alii; ex quo usu constat non teneri reos, seu possessores se abdicare bonis, vel officiis ante declarationem criminis, quamvis leges penales dicant poenam incurrandam esse ipso facto absque alia declaratione, quæ licet prima Legislatoris mens fuisset alia, non quidem obligaret ex hoc capite, & praxis hæc non videntur receptæ in illo rigore, ut sponte teneatur se reus spoliare, sed potius est eis per contrariam consuetudinem in hæc parte derogatum, & praxis habet, ut nulla alia poena proprie dicta (qualis est privatio alicujus rei jam cepta possideri, vel alicujus juris quasi) incurrat ante sententiam declaratoriam criminis, uti post Farinacium, & alios asserit Castropala deo disput. 2. punct. 2. num. 12. Kazenberger loc. cit. adeo ut nullatenus alicui possit mandari executioni Reiffenstuel loc. cit. num. 233. cum aliis citatis. Declaratoria autem requirit citationem partis teste Julio Claudio, & Reiff. loc. cit. num. 234. & ab ea dari potest appellatio, ut docent Farinacius, & alii apud Kazenberger loc. cit. num. 267. in fin.

Dices, si lex penaliter late sententiæ in iis, quæ externam executionem requirunt, non obligat in conscientia ante Judicis sententiam; juxta dicta supra numero. 38. ergo nulla erit differentia inter legem poenalem late sententiæ, & legem poenalem sententiæ ferendæ, cum in utraque ad inducendam obligationem æque requiratur sententia Judicis: Respondetur negando sequelam cum sua probatione; adest enim inter ipsas una vera, & realis differentia, nam pro incurrenda poena legis penaliter ferendæ sententiæ, requiritur sententia condemnatoria Judicis, & talis poena debetur solum à tempore late hujus sententiæ; pro incurrenda autem poena legis penaliter late sententiæ nullummodo requiritur sententia condemnatoria, sed sufficit sola sententia declaratoria Judicis super admissio crimine, & hæc poena debetur non solum à die late hujus sententiæ

declatoria super admissio crimine, sed etiam à die perpetrati delicti, cui poena à Jure imposita fuit, cum per Juris fictionem ad tale tempus retrahatur sententia declaratoria, quod non verificatur de sententiæ condemnatoria. Sententia enim condemnatoria cadit supra poenam, quæ cum sit sententiæ ferendæ, non incipit currere, nisi à die hujus late sententiæ. Sententia vero declaratoria cadit supra culpam, quia cum à Jure fuerit imposita poena statim ac fuerit commissæ, statim ac habita declaratione de tali culpa commissæ, incipit currere à die talis commissionis seu perpe-trationis, Reiffenstuel loc. cit. num. 230. & seq. cum aliis ibi citatis, Kazenberger loc. cit. num. 269. & alii.

Instabis: Ergo si non obstante clausula ipso facto incurrenda adhuc requiritur sententia declaratoria Judicis, frustra apponitur in lege poenali dicta clausula ipso facto incurrenda. Respondetur negando consequentiam, quia talis clausula denotat, quod post Judicis declarationem de commissa culpa seu delicto, non requiritur alia sententia condemnatoria circa poenam subeundam, sed tunc ipso facto debet delinquentem subire eam, quæ in lege ipso Jure designata est; sic Mendo verb. Lex num. 32. Felix Potestas tom. 1. part. 1. num. 180. & Doctores omnes supra citati.

Urgebis: Ergo saltem superflua erit illa addita clausula absque alia declaratione. Respondetur negando consequentiam, quia ut dictum est supra num. 39. talis, & similis clausula intelligenda est de declaratione, quæ declaratur crimen esse commissum; unde quamvis talis, & similis clausula videatur superflua quoad declarationem incurse poenæ, non est tamen superflua quoad declarationem commissæ culpæ, seu delicti, cui à Jure imposita est talis poena. Sic Doctores citati dist. numero. 39. Vide Nicolium in Florentis verbo Poena numero. 14. ubi dicit, hæc opinione probasse Sac. Congreg. Episcop. & Regular. 5. Octobris 1646. & 26. Novembris 1649.

Lege episcopali, vel synodali non tenentur illi, qui in diocesi quidem degunt, sed extra diocesim abeunt mox redituri, si interim extra fines diocesanos aliquid contra illam legem, quæ lex per se & immediata territorium respicit. Verum si quis à diocesi se abster animo declinandæ synodale statutum, fraudem illi patrocinium præstare non est æquum, quia tunc peccat contra eandem legem; ita Clemens X. in constitut. incip. Superiari: dixit, ponentes recedentes & territorio in fraudem non esse abolvendos à reservatis sui territorij. Benedic. XIV. de synodo dioces. lib. 6. cap. 8. §. 10.

Lex ab Episcopo lata extra synodum, audito tamen consilio Capituli, longe probabilius perseverat etiam post obitum ejusdem Episcopi, neque enim habet quid diversum à lege in synodo lata, quam etiam defuncto Episcopo perseverare satis constat. Ibid. lib. 8. cap. 5. §. 1. Lex synodalis si non acceptetur à populo, quamvis peccant non acceptantes; tamen si id sciat Superior post paucos actus ab eo neglectos, & non punitos, ligare desinit ex quadam ejus conventiva. Ibid. lib. 8. cap. 5. §. 3. Si vero id nesciat Episcopus, tunc decennium sufficere censetur; hoc enim sufficit, ut consuetudo longi temporis dicatur. Ibid.

Si vero jam acceptata sit, præscriptio contra illam inducitur per decennium, neque enim agitur de præscriptio, quæ aliquid jus proprietatis ab ecclesia auferatur, quæ præscriptio annos quadraginta exigit. Requiritur tamen ut à majori communitatis parte liber sit inducta, continuis actibus frequentata, animo legem tollendi, & adsit consensus legislatoris juridicus saltem & legalis, qualem scilicet leges requirunt. Ibid. lib. 8. cap. 5. §. 5.

Lex synodi diocesana obligans totam provinciam, si obtinuerit confirmationem à S. Sede Apostolica in formâ communi, ut plerumque fit, quæque his verbis concipi solet: si juste, canonice, ac provide facta sunt, & dummodo sacris canonibus, Concilij Tridentini decretis, & constitutionibus apostolicis non adversentur: tunc utique abrogari ab Episcopo potest, cum maneat